



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Precum morem inducit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

dæ: & tamen ne illud quidem caperet vniuersos:  
 sed multi conferti pro foribus, & ad fenestras au-  
 dirent. Quanto vero salutare magis, quam plau-  
 sibile tractatus essent, vel præsentis argumento  
 patebat. Cum enim sacrificium Missæ (ô tempo-  
 ra) non leuem in contemptum venisset, soleretq;  
 multitudo oscitanter admodum, irreligioseque  
 interesse, & magnam partem vix recitato Euan-  
 gelio, aut sanctissimo Christi corpore, sanguine-  
 que ad adorandum sublato dilabi; quo die con-  
 cionem habuerat Canisius, summa omnes pati-  
 entia, ac pietate ad finem vsque perstabant. Inua-  
 serat precandi Numinis negligentia tanta, vt pro-  
 pe mortales puderet conspici in ædibus sacris o-  
 rantes. Hoc vt vitium tolleret, primum excogita-  
 uit vt adolescentes, quorum quasi sodalitatem  
 conflauerat, communiter Cælites per Litanias  
 inuocarent, & alias preces exequerentur. Deinde  
 pro concione ipsemet adhortari populum insti-  
 tuit ad saluberrimum illum, Deoque gratissimū  
 cultum: monitisque omnibus, vt vnà secum con-  
 iungerent preces, simul ac finem dicendi fecerat,  
 flectebat piè genua, & concepta in verba præibat:  
 populusque vniuersus item flexis genibus subse-  
 que-

*Precum mo-  
 rem inducit.*



quebatur. Preces autem de industria lectæ, quæ tempori conuenirent, pro summo Pontifice, pro Imperatore, & ad auertendas præsentis calamitates peragebantur. Nec modo per se ipse salutare hoc inuentum publicauit, sed apud omnes Concionatores obtinuit, vt idem ex certa illa precum formula obirent.

*Obrectato-  
rem caritate  
vincit.*

Nimirum osorem bonorum Satanam virebat successus hic pietatis. Ergo breui post tempore ipsorum Cōcionatorum è numero quendam exciuit, qui moras conaretur obiicere obrectans fidei Euangelistæ, & criminās palam, quod præter morem, nec loco solenni ad euangelizandum prodiret. Ceterum haud quicquam clarius illustrauit, siue ciuium aduersus Canisium, siue ipsius erga aduersarios caritatem. Totius Academiae vniuersi Professores in vnum collecti obrectatorem aggrediuntur: meritoq; conuicio acriter increpito grauem proponunt multam, si quicquã post hæc mutiret. Continuo adfuere ab Episcopo literæ, quam asperæ ad illum, tam honorificæ, blandæque & studiosæ ad Canisium, ne ab suscepto opere vlla satanæ mora retardari se pateretur. E multitudinem verò non defuerunt, qui obrectatoris